



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

182 Reseruata beneficia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

iudicio suae gratiae expectatiuae, ita ut nulla sibi possit obijci negligentia in acceptando; veluti si quis tertius in fraudem expectantis beneficiolum aliquod admodum tenue resignauerit ut ipsemet vel alius consequeretur beneficium quoddam pinguisimum quod propediem spectatur vacaturum. qualis ars & hic obiter indicatur & in c. ult. §. de renunc. apertissime detegitur. In summa, variè contingere potest ut expectans expectatione sua frustretur, immò morte praeueniat alias omnes quorum ipse mortem expectabat. haud absimiliter apud Horatium

*Rusticus expectat dum defluat amnis, at ille  
Labitur & Libetur in omne volubilis aenum.*

180  
Expectans  
rusticus Ho-  
ratianns.

181  
Quid si bene-  
ficia primùm  
vacatura de-  
beantur aliis  
quam talibus  
Expectanti-  
bus Pontifi-  
cis, an huic  
Bonificians  
sit locus.

182  
Reservata  
benef.

183  
Optio senio-  
rum.

Iam videamus quid si beneficia omnium primò vacatura non debeantur expectantibus istis Pontificiis (quos pone nullos amplius esse) sed aliis aliquibus; ecquid haec Bonifaciana constitutio ad illa quoque beneficia pertinebit, an potius frustrabuntur permutantes iuxta iuris regulam cuius hic fit mentio? ne res careat exemplis, demus aliquot satis illustria. primò, quaedam beneficia singulariter sibi soli reservauit Summus Pontifex conferenda, veluti quae contingit vacare vel in ipsa curia Romana vel in itinere Romam versus c. pro illorum. de prae-bend. d. c. 2. de prae-bend. c. execrabilis. de prae-bend. in Extrauag. Ioann. 22. & c. execrabilis. de prae-bend. in Extrauag. com. quod vnum est idemque cum superiore. secundò, beneficia proximè vacatura nonnunquam cedunt optioni

g iij seu